Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



130

quia suauis misericordia tua.

Liberame quia egenus & pauper ego sum & cor meum turbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat ablatus sum & excussus sum sicut locusta.

Genua mea infirmata sunt a ieunio & caro mea immutata est ppter oleum.

Et ego factus sum opprobrium illis uidere me & mouerunt capita sua.

Adiuua me dne ds meus saluum me fac secundum misericordiam tuam.

Et scient quia manus tua hec tu dne fecisti eam.

Maledicent illi & tu benedices qui insurgunt in me confundantur seruus autem tuus lętabit.

Induantur qui detrahunt mihi pudore & operiant sicut diploide confusione sua.

Confitebor dno nimis in ore meo & in medio multorum laudabo eum.